



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Argumentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

peccationem & expectationem liberationis aut mitigationis, sece-  
 ipsa differunt ab exercitijs Ethnicis castigationes Ecclesie, de quibus  
 dicitur: Non accendam totam iram meam. Itē in Abacuc: In ira me-  
 fericordie recordabitur. Item: Non faciam furorem irae mee. Item:  
 Domine ne in furore tuo arguas me. Item: Libera me de sanguinibus  
 Deus Deus salutis meae. Item: Castigans, castigavit me, & mortis non  
 tradidit me: Non moriar, sed viam, & predicabo opera Domini.  
 Item: Convertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Inuoca me in  
 die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me. Item: Si indica-  
 remus nos ipsos, non iudicaremur a Domino, &c. Hæc autem ca-  
 lamitatum considerandæ sunt, & simul conferendæ consolationes, &  
 accendendæ sunt mentes, vt crescant poenitentia, fides, spes, iusticia,  
 & ceteræ virtutes. Hæc calamitates communes aut singu-  
 lares, quibus Deus nos castigat, nequaquam sunt satisfactiones, sed  
 est, merita remissionis culpæ aut poenæ æternæ, aut Purgatorij, sed  
 habent alias causas, videlicet, aut ut sint exercitia, vt carcer Ioseph,  
 vt in tertia causa supra dictum est, aut ut sint *reparatio*, vt poena Dae-  
 didis, vt in quarta causa diximus, quia vult Deus conspici exempla ius-  
 titiæ suæ in poenis homicidarum, etiam si conuertuntur ad Deum.  
 Aut sint *penitentia*, vt Prophetarum supplicia, Abel, Iohannis Bap-  
 tistæ, Esaiæ, & aliorum.

## ARGUMENTVM.

Dauidi post remissionem culpæ imposita est poena,

Ergo satisfactiones ad remissionem culpæ accedere debent.

RESPONDEO. Nego consequentiam, quia aliud est poena  
 temporalis diuinitus imposita, aliud satisfactio, & longe aliud satis-  
 factio ab hominibus excogitata. Et si autem sæpe sequuntur poenæ  
 temporales atrociora delicta, quia vult Deus intelligi, se esse, & iustum  
 esse, & vindicem, ac destruere non congruentes ad suam iusticiam:  
 tamen has ipsas mitigat agentibus poenitentiam, nec puniunt omnia de-  
 licta talibus poenis temporalibus. Ideo inquit: Non accendam totam  
 iram meam, &c. PRAETerea hæc poenæ temporales diuini-  
 tus impositæ non tolluntur potestate clauium, ideo nihil huc perti-  
 nent commentitiæ satisfactiones, quæ nominantur Canonice. Ac ut  
 discrimina afflictionum melius intelligi possint, genera distinguan-  
 tur iuxta causas finales. Sunt autem hæc quatuor genera.

I. Omnes afflictiones aut sunt *reparatio*, id est, poenæ, ut poena Da-  
 uidis, id est, destructio propter scelus. II. Aut sunt *penitentia*, ut  
 carcer Ioseph, quia Ioseph non meruit peccato aliquo actuali, vt in  
 male tractetur. III. Aut sunt *penitentia*, vt supplicia Abel, Bap-  
 tistæ, Ieremias, Esaiæ, & aliorum, sunt testimonia de doctrina. IIII.  
 Aut *reparatio*, vt solus Christi meritum.